



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Approbatio Theologorum Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

Approbatio Theologorum Ordinis.

Nos infrascripti Ordinis Fratrum B. V. Mariæ de Monte Carmelo in Provincia Allemannia inferioris Theologi ex nostrorum commissione Superiorum diligenter evolvimus Libellum, cui Titulus: Methodus clara & facilis vacandi Orationi mentali, atque exercendi se cum fructu in præsentia Dei, uti & alterum adjunctum de Spiritu Actionum Religionis; quos veluti in lingua Gallica aliàs sæpe à nobis haud absque fructu spirituali lectos, ita è Gallico in Latinum fideliter ac sincerè conversos ad complurium cujusvis conditionis hominum animas ad vitam spiritualem ac verè piam promovendas utilissimos, nihil verò, quod offendiculo cuiquam esse queat, continentem deprehendimus; atque, idcirco, qui magno communi bono atque emolumento typis evulgentur dignissimos censemus: In Carmelo Coloniensi, die 15. Sept. Anni 1686.

Fr. Remigius à S. Nicolao SS. Theol.
Doctor & Professor Ordinarius & Emeritus, dicti Carmeli Colon. Supprior.

Fr. Arnoldus à S. Leonardo SS. Theol.
Lector Emeritus & Reverendi Adm. P. Provinciali. Assistent.